

Schola Catharina

Christus Koning, Vespers

Deus in adiutorium meum intende

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuvandam me festina.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper,
et in saecula saeculorum. Amen. Alleluia.

God, kom mij te hulp. Heer, haast u mij te helpen.

Eer aan de Vader, en de Zoon en de Heilige Geest.

Zoals het was in het begin, en nu en altijd, tot in de eeuwen der eeuwen Amen. Alleluia.

Te saeculorum principem (hymne)

1. Te saeculorum Principem, Te, Christe,
Regem gentium, Te mentium, Te cordium
Unum fatemur arbitrum.

2. Quem prona adorant agmina
Hymnisque laudant caelitum, Te nos
ovantes omnium Regem supremum
dicimus.

3. O Christe, Princeps Pacifer, Mentis
rebelles subice: Tuoqu(e) amore devios
Ovil(e) in unum congrega.

4. Ad hoc cruent(a) ab arbore, Pendes
apertis brachiis: Diraque fessum cuspide
Cor igne flagrans exhibes.

5. Ad hoc in aris abderis Vini dapisqu(e)
imagine, Fundens salutem filiis
Transverberato pectore.

6. Iesu, tibi sit gloria, Qui cuncta amore
temperas, Cum Patre et almo Spiritu In
sempiterna saecula. Amen.

1. Gij Vorst der eeuwen, Gij, Christus, Koning
der volkeren, U, der geesten en der harten Enige
rechter, belijden wij.

2. U, die de gewillige schare aanbidt En looft
met hymnen vanuit de hemel, U erkennen wij
lovend Als hoogste Koning van alles.

3. O Christus, vredebrengende vorst, Onderwerp
de opstandige geesten: En, door Uw liefde,
verzamel alle afgedwaalden In de ene
schaapskooi.

4. Daartoe hing Gij aan het gruwelijke kruis,
Met wijdgespreide armen En de wrede lans die
U doorboorde, En toonde U ons een hart
brandend van liefdesvuur.

5. Daartoe zijt Gij op de altaren verborgen
Onder het beeld van wijn en brood, En stort het
heil uit over Uw kinderen Uit Uw doorboorde
borst.

6. Jezus, aan U zij de eer, Die alle liefde ordent,
Met de Vader en de heilige Geest, In alle
eeuwen. Amen.

Schola Catharina

Super solium (antifoon) (ps. 109)

Super solium David et super regnum eius
sedebit in aeternum, alleluia.

1. Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis.
2. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.
3. Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
4. Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.
5. Iuravit Dominus, et non paenitebit eus: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.
6. Dominus a dextris tuis: confregit in die irae suae reges.
7. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capite in terra multorum.
8. De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.
9. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
10. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Super solium David et super regnum eius
sedebit in aeternum, alleluia.

Regnum tuum (antifoon) (ps. 144)

Regnum tuum, regnum omnium
saeculorum, et dominatio tua in omnem
generationem et generationem.

1. Exaltabo te Deus meus rex: et benedicam nomini tuo, in saeculum et in saeculum saeculi.

Boven de troon van David en boven zijn rijk zal
Hij zetelen tot in eeuwigheid, alleluia.

1. De Heer heeft gezegd tot mijn Heer: Zit aan Mijn rechterhand.
2. Totdat ik Uw vijanden neerleg, als een voetbank onder Uw voeten.
3. De scepter van Uw macht zal de Heer doen uitgaan vanuit Sion: om te overheersen temidden van Uw vijanden.
4. Met U is het oppergezag op de dag van Uw macht in de schittering van Uw heiligdom: uit de schoot, eerder dan de morgenster, heb ik U voortgebracht.
5. De Heer heeft gezworen, en het zal Hem niet berouwen: Gij zijt priester in eeuwigheid naar de wijze van Melchisedeck.
6. De Heer is aan Uw rechterhand: verbrijzelen zal Hij, op de dag van Zijn toorn, koningen.
7. Rechtspreken zal Hij onder de volkeren, ondergang veroorzaken: neersmakken de hoofden van velen op de grond.
8. Uit een beek onderweg zal Hij drinken: daarom het hoofd weer opheffen.
9. Eer aan de Vader, en de Zoon en aan de Heilige Geest.
10. Zoals het was in het begin, nu en alijd, tot in de eeuwen der eeuwen. Amen

Boven de troon van David en boven zijn rijk zal
Hij zetelen tot in eeuwigheid, alleluia

Uw rijk is het rijk van alle eeuwen, en Uw
heerschappij gaat van elk geslacht op geslacht.

1. Verheerlijken zal ik U God mijn koning: en zegenen zal ik Uw naam, van nu tot in de eeuwen der eeuwen.

Schola Catharina

2. Per singulos dies benedicam tibi: et laudabo nomen tuum in saeculum et in saeculum saeculi.

3. Magnus Dominus et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis.

4. Generatio et generatio laudabit opera tua: et potentiam tuam pronuntiabunt.

5. Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur: et mirabilia tua narrabunt.

6. Et virtutem terribilium tuorum dicent: et magnitudinem tuam narrabunt.

7. Memoriam abundantiae suavitatis tuae eructabunt: et iustitia tua exsultabunt.

8. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

9. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Regnum tuum, regnum omnium saeculorum, et dominatio tua in omnem generationem et generationem.

Habet in vestimento (antifoon,

Habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantium. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum.

1. Alleluia. Salus et gloria et virtus Deo nostro, alleluia, quia vera et iusta iudicia eius. Alleluia, alleluia.

2. Alleluia. Laudem dicite Deo nostro, omnes servi eius, alleluia, et qui timetis eum, pusili et magni! Alleluia, alleluia.

3. Alleluia. Quoniam regnavit Dominus, Deus noster omnipotens. Alleluia. Gaudeamus et exsultemus et demus gloriam ei. Alleluia, alleluia.

4. Alleluia. Quia venerunt nuptiae Agni,

2. Dag aan dag zal ik U zegenen: en ik zal Uw naam loven nu en tot in de eeuwen der eeuwen.

3. Groot is de Heer en zeer lofwaardig: en Zijn grootheid is onbegrensd.

4. Geslacht op geslacht zal Uw werken loven: en Uw macht verkondigen.

5. De schittering van Uw heilige roem verkondigen zij: en zij vertellen over Uw wonderdaden.

6. En over de kracht van Uw schrikwekkende daden spreken zij: en Uw grootheid verkondigen zij.

7. De herinnering aan Uw overvloedige mildheid onderrichten zij: en over Uw rechtschapenheid jubelen zij.

8. Eer aan de Vader, en de Zoon, en de Heilige Geest.

9. Zoals het was in het begin, nu en altijd, in de eeuwen der eeuwen. Amen.

Uw rijk is het rijk van alle eeuwen, en Uw heerschappij gaat van elk geslacht op geslacht.

Hij heeft het op kleding en lichaam geschreven staan: Koning der koningen en Heer der heerscharen. Aan Hem is de eer en het rijk in de eeuwen der eeuwen.

1. Alleluia. Heil en roem en kracht aan onze God, alleluia, omdat waar en rechtvaardig Zijn oordelen zijn. Alleluia, alleluia.

2. Alleluia. Looft onze God, al Zijn dienaren, alleluia, en alwie Hem vreest, klein en groot! Alleluia, alleluia.

3. Alleluia. Immers, de Heer heeft koningschap getoond, onze God almachtig. Alleluia. Laten wij ons verheugen en juichen en Hem eer bewijzen. Alleluia, alleluia.

Schola Catharina

alleluia, et uxor eius praeparavit se.
Alleluia, alleluia.

Habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum et Dominus dominantium. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum.

Sedes tua (responsorium breve)

Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi.
Sceptrum aequitatis, sceptrum regni tui.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto.

Data est mihi (antifoon, magnificat)

Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra, dicit Dominus.

1. Magnificat anima mea Dominum
2. Et exaltavit spiritus meus in Deo salutari meo.
3. Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
4. Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.
5. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.
6. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
7. Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.
8. Esurientes implevit bonis: et divites dimisit inanes
9. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.
10. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini eius in saecula.

11. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui

4. Immers, de bruiloft van het Lam is aanstaande, en Zijn vrouw heeft zich voorbereid. Alleluia, alleluia.

Hij heeft het op kleding en lichaam geschreven staan: Koning der koningen en Heer der heerscharen. Aan Hem is de eer en het rijk in de eeuwen der eeuwen.

Uw zetel, God, staat in de eeuwen der eeuwen. De scepter van de rechtvaardigheid, is de scepter van Uw rijk. Eer aan de Vader en de Zoon en de Heilige Geest.

Gegeven is aan Mij alle macht in de hemel en op aarde, zegt de Heer.

1. Hoog pijst mijn ziel de Heer.
2. En gejuicht heeft mijn geest voor God mijn heil.
3. Omdat Hij acht sloeg op de nederigheid van zijn dienaars: kijk, sindsdien prijzen mij zalig alle geslachten.
4. Omdat Hij voor mij grote dingen heeft gedaan, de Machtige: en heilig is Zijn naam.
5. En Zijn barmhartigheid geldt van geslacht op geslacht voor hen die Hem vrezen.
6. Hij deed de macht van Zijn arm gelden: verstrooid heeft hij de trotsen van hart.
7. Verstoten heeft Hij de machtigen van hun zetel, en verheven de nederigen.
8. Hongerigen overlaadde Hij met goede gaven: en rijken zond Hij berooid heen.
9. Hij nam Israël op als Zijn kind, indachtig Zijn barmhartigheid.
10. Zoals gezegd is tot onze voorvaderen, Abraham en zijn nakomelingen tot in eeuwigheid.

Schola Catharina

Sancto.

12. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen

Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra, dicit Dominus.

11. Eer aan de Vader, en de Zoon, en de Heilige Geest.

12. Zoals het was in het begin, en nu, en altijd, en in de eeuwen der eeuwen. Amen.

Gegeven is aan Mij alle macht in de hemel en op aarde, zegt de Heer.